

A ab iis, qui repererant, confractum, & in fornacem calcariam injectum est. Ex eo tempore pestis armenta boum, per universam Romanorum ditonem, usque ad illud tempus, infestare nunquam desit. *Cedrenus.*

Anno Christi 1552. in Lucensium agro circa pagum Menabiam, in fine Maji pestilens morbus pecora invasit, uti mortua terrena ceciderunt. Sanguis eorum fit hominem nudum contingeret, anthracis generabat, qui non aperti erant innoxii, aperti vero latissime serpebant. Caro pecorum recens mortuorum cocta & comesta erat innoxia: at jus carnis lethale potant.

Evanescentia.

Est ad ostia Nese Scotiæ flum. oppidum Envernes nomine, numerofo halece olim secundum, nunc ira Numinis eo beneficio privatum. Causam vulgo in hominum quorundam insolentiam referunt, qui immani cupiditate armis certant pro piscibus, scelerato sanguine undas commaculant. Id peritissimum habent, quum pro conchis, halecibus atque id genus piscibus, quos benigna Dei providentia ad pauperum inopiam largitur, certamen usquam inurit, multo indetempore nihil aut exiguum quiddam eorum appareat. *Heb. Boerhus in Scot. descript.*

Abacta, Absumpta ab hominibus.

Ladislai III. Ungariæ regis tempore, Pannonia intestino bello sollicitati cepit: quo pagi, civitates & oppida usque ad igni ac ferro vastata sunt, ut ad ultimum exitum redacta videntur. Quare nusquam pacem & concordiam cernebat, ac divitem necubilibat intueri. Nobilitas præ gravissima egestate ad rusticandum, & quod vix credi potest, ad bigas duarum rotarum plaustra redacta est. Jam quum boves, ceteraque jumenta defecissent, propter rerum inopiam, bigas utebantur hujuscemodi, quæ ab hominibus traherentur, quos Ladislai curras adhuc nominant. Quum enim propter intestina bella se quotidie mutuo popularentur, eo pervertunt, ut absumptis gregibus, & armentis, conjugati pro jumentis homines carnos traherent. *Bonfin. lib. 8. Dec. 2.*

Rapta a feris.

Cissamin Comum ajunt pecuariis gregibus supra modum fuisse divitem. Verum anguillam quorundam apparere solitam, quæ pulcherrimum omnium pecudem raperet. Ea cum in fornibus apparens hominem commouisset, ut sepeliret se, & ille negligeret, evenit, ut tum universum illius genus radicibus interiret. *Eras. in Adag. i. Zenodoro.*

Engriva.

Circa annum Sal. 458. à Mamerco Claudiano Viennense Episcopo Rogationes, quas vocant Minores, triduo ante Ascensionis festum instituit, cum tum alta fœda prodigia in cœlo terraque apparent, tum verò etiam animalia cicurata in solitudines fugerent, & fœtæ & contritæ in medias urbes ferebantur.

Anno 1086. Henrico VI. imperante, gallinæ, anseres, pavones, atque aves domesticæ, relictiis hominum confortiis, in sylvas commigrant. *Sigebertus.*

NON POSSESSA, NULLA.

Pollux quinto de rerum vocabulis, in Ithacensium insula non nati lepores, nec in Sicilia fuisse, priusquam Anaxilas Rheginensis eos importasset (unde victor in Olympiis, Rheginensium numismatis currum insculpsit & leporem) auctor est.

D ASTYPALÆA, Carpathus, Gymnæsiæ, olim caruere leporebus, & cuniculis. *Idem Tit. Pauperes facti à Leporebus.*

ANIMALIA INUTILIA PRIUS POSSESSA.

Hæc reziones feris, serpentibus frequentes.

NON POSSESSA, SED QUÆ NUNC PRIMUM INVADUNT.

Ex loco Paupertatis efficiens, hæc quedam, ut noxiarum animalium irruptione conciliatur.

In Sicilia bello servit cum copiosis sanguis & cadavera insensata huius commutavit, atelaborum examina provenerunt, ac sparsi per totam insulam fruges corruperunt. *Plur. lib. 2. Quæst. conviv. lib. 3.*

Rex Emanuel Jacobum Lupium Siquieram, ut Lupus Suario succederet, in Indiam cum decem navium classe misit, anno 1517. Cum verò promontorium bonæ spei præterverberetur, piscis ingentis magnitudinis, in Navis latus, cui

Joannes Limicus præerat, incurrit, navemque in alterum lateris impulit, eamque tanta vi retinuit, ut progredi nequirit. Vectores & nautæ se in saxum impigisse suspicabantur. Sed cum neque compages dissolvi, nec aquam admitti conspicerent, animos à metu refecerunt, & piscis à nave divulsus, liberum illis mare permisit. *Osor. lib. 11. verum Emm.*

Anno 1542. Solymano imperium obtinente, tanta fuit luporum vis Constantinopoli, ut armatus Imperator cum pretoriano milite procedens, ad centum quinqueingenta simul compulerit, qui universio populo prospiciente ex urbe disruerunt. Hanc historiam narrat *Johannes Fincelius lib. 2. de Mirabilibus*, atque in hanc rem populi omnes consentiunt. Hos lupos Germani dicunt *Vervulff*, Galli *Loup garous*, Picardi *Loup voraroux*, ac si lupos varios dixerit (enim in locum vix sufficiunt Galli) Græci *κυνόκεφαλος* & *κυνόκεφαλος*, Latini varios & versipelles, ut *Plinius* agens de hac transmutatione annotavit. *Franciscus Phœbus Fecensis comes in lib. de venatione voce garous ait significari garos de venis, cavete vobis.*

ANIMALIA CORPUS INFESTANTIA, PEDICULI PULICES, ET SIMILIA. HORUM POSSESSIO. PEDICULOSI.

PHANOSTRATES meretrici Atheniensis pediculosa. Unde *eduporibus* dicta, quod in porta stans pediculos colligeret. *Apollodorus lib. de meret. Athen. Suid. ex Athenis lib. 13. cap. 19.*

ABLATIO.

PISCATORES Arcades in litore Jeni pediculos quærentes otiosi nimirum propter piscium penuriam, Homero quærenti, Numquid habent? responderunt:

Οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ τῶν ἰσθμίων ἀποβάλλουσιν. indicantes, quod pediculos captos & occisos reliquissent & abjecissent; quos verò non cepissent, in vestimentis gelarent. *Plur. in ejus vita & Herod.*

Cum Agefilam Lacedæmoniorum regem, atque Palladis astantem, ut bovem immolaret, momordisset pediculus, arreptum palam omnibus occidit, inque insidiatorem vel in ipsa ata confodere fas est. *Plur. in Lacon.*

ADYRMACHIDÆ Peni capitis comam alunt, earumque uxores pediculos, quos capiunt, præmordent & abijciunt. *G. Herod. lib. 4.*

POENA A DEO INFLICTA.

Idem Tit. Tyrannus. Impietas in Deum.

ANIMALIUM REGIMEN.

Quæ Domitores Animalium. Item Pastores.

ANIMALIA QUÆ OLIM MUNDA, ET IMMUNDA.

Inter alias legis observationes, quas fideli populo commendatas Deus voluit, & distinctum servari præcepit, erat etiam illa, quæ animalia munda ab immundis lececebantur, & habetur prolixè in *Levitico cap. 11.* per totum.

Animal, ut mundum habetur, quo vesci licet. Judæis, debebat habere unguam divivam, sive bisulcam. Secundo debebat ruminare.

Reliqua erant immunda, quibus vel utrumque, vel alterum horum deerat. Et quævis hæc immunditia fuerit legalis, & symbolica, nec animam inquinaret, nisi quis inobediens legi fuisset, ac animalia commedendo; eoique dumtaxat arceret à ministrante, & innotu tabernaculi, & oblatione sacrificiorum; tamen revera applicat ad naturam animalium sancita videntur, nam quædam verè & formaliter, imò & causaliter immunda dici possunt, ut notantur interpretes in *cap. 11. Levitici.*

Quia immunda quæ ventantur, vel sunt venenata natura sua, ut sunt reptilia, quæ fœtidam & noxiam è terra humiditate hauriunt; vel veltuntur immundis cibis, ut porci, utupæ, cicontæ, & similes; vel sunt noxii temperamenti, malique nutrimenti, ut pisces nonnulli, avicque canivores; unde & in homine noxios humores, si vis velcatur, morbosque & mortem aliquando generant.

Cui verò Deus isti populo rudi hoc præcepit, dat rationem *Tertull. in lib. de cubis Judæicis cap. 4.* Multa à Judæis ciborum genera sublata sunt, non ut illa damnarentur, sed ut illi coererentur, servituri uni Deo; quia ad hoc assumptos frugalitas decebat, gula temperantia, quæ semper religiose deprehenditur esse vicina. Sc. Aliam alia assignant, ut populus hæc corporali munditia affluerent, ac immunditatis idololatrarum, & impuris eorum sacrificiis.

Ani-

A Animus.

Idem Tit. Anima supra.

ANIMI BONA.

DEMONAX eos vehementer redarguebat, qui corpora summo studio curarent, æque se ut omnino negligenter. Haud dissimiles eis rarus, quorum omnis cura in exæquendis ædificiis versatur, & hominum, qui ædes inhabitarent, nullam penitus rationem haberent bene ille:

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes.

Frigida nec siccus oras lavabis aqua.

Ut vales animo, quidquam tolerare negabis?

DEMETRIUS Antigoni filius, cum Megaram occupasset, Scipionem Philopomum acceritum rogavit, num quis militum aliquid rerum abstulisset? Nullus respondit, quia neminem vidi, qui scientiam, virtutem, aut conditionem rapuerit. Sentiens, animi bona non esse violentæ bellicæ obnoxia. *Plutarchus in Demetrio.*

Cum Græci qui Asiæ pomaria possidebant, Regem Persarum laudarent, & ex more magnum appellarent: Qui, inquit Agefilas, rex ille me major est, nisi sit justior, ac temperantior? Contempti vir egregius terrena bona: quæ vulgus præcipue suspiciat, ac hominis felicitatem animi bonis metiebatur. Ea sententia philopomus esse consuevit in ore, sed hanc bellator expressit effectum. *Plur.*

DIONYSIUS senior, quum intra regiam sacrum ex more petageretur, præcoque, sicuti affuerat, præcatur, ut per multa tempora in concussum duraret imperium: Non tu desines, inquit rex, abominanda nobis imprecari? Sentiens, potius optandum bonam mentem, quam ea quæ nihil conferant ad hominis felicitatem: quandoquidem animi bona fortunæ bonis semper preferenda sunt. *Eras. lib. 5. Apoph.*

MILITON Crotoniensis, factus jam senex, quum vidisset Athletas alios in curriculo sese exercentes, fertur insepisse lacertos suos, lacrymansque dixisse: At hi jam mortui sunt. Merito flevit, qui felicitatem corporis viribus metiebatur. Animi vigor senis fenevit, si tamen fenecit unquam. *Eras. lib. 5. Apoph.*

BIAS, quum patriam ejus Prienienses hostes invasissent, omnibus quos favita belli incolentes agere passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onusis fugientibus, interrogatus: Quid ita nihil ex bonis suis secum ferret? Ego verò, inquit, omnia bona mecum porto. Pectore enim illa gestabat, non humeris: non oculis vivenda, sed estimanda animo: quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt, ut manentibus præsto sunt, ita fugientes non deserunt. *Cicero in Paradoxis. Valer. Max. lib. 7. c. 2. Verum Seneca lib. c. 5. de tranquillitate, & epist. 9. Stipon hoc adscribit.*

DARIUS rex Persarum, quum numerosissimum exercitum instruxisset advenit Alexandrum, admonitus Alexander, ut consideratè contra tantum hostium impetum omnia ageret, nihil aliud respondit, quàm: Magna animi molestia me Darius liberavit, qui vires suas omnes in unum contraxit, ut liceat uno die de summa rerum decernere. *Plur. in Apoph.*

PIRATA quidam ad Alexandrum Magnum deductus & rogatus, cur auderet infestare maria? compendio respondit: Ego, inquit, quoniam id unica navicula facio, pirata nominor: cum tu Alexander idem facias magna classe, rex appellaris. Alexander hominis animum tam intrepidum admiratus, donavit illam vitam. *Plur. in Alex.*

AGEFILAS, quum in Lydia Tullaphernem fugasset, ac multis interfecisset in agros regios incursionem fecisset; Rex Persarum per legatos magnifica illi munera obtulit, ut à bello desisteret; Agefilas autem respondit: Pacis quidem tempore Reipublicæ vigere auctoritatem, ut jus habeat decernendi, quod ad tuendam civitatis tranquillitatem censuerit conducere: belli autem tempore non item. Vox excellentis animi, qui non aliud virtutis premium ambiret, quàm gloriam, nec pacem hosti venderet fraudato milite. *Plur. in Apoph. Lac.*

PAUSANIAS, quibusdam in spoliis barbarorum demittantibus pretiosas vestes: Præstitit, inquit, ipsos esse multo pretii, quàm possidere pretiosa. Correxerit suorum admirationem, eoique ad vitiorum bonorum admirationem revocavit. *Plutarchus in Laconicis.*

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

ARISTOTELES illud amicis ac discipulis inter differendam E frequenter solebat ingerere: Visum accipere lumen à circumfuso aere, animum autem à disciplinis liberalibus. Sentiens, ingenium adolescentum disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ mysteria reddi perspicax. *Lærr. cap. 5. lib. 1.*

SOCRATES Xenophontem in angiportu quodam habuit obvium: quumque videret adolescentem rara indole, porrecto baculo veniit, ne præteriret; ubi constitisset, rogavit, ubi fierent, venderenturque variæ merces, in quibus vulgo utuntur homines? Ad id quum promptè respondisset, Xenophon percontratus est, ubi homines fierent boni? Cum adolescentens respondisset, se id nescire: Me igitur sequere, inquit, ut hoc dicas. Ex eo Xenophon cepit esse Socratis auditor. Absurdum est scire, ubi parare queas honestam vestem, aut poculum, & ignorare, unde tibi comparate possis animi cultum. *Eras. lib. 3. Apoph.*

ISOCRATES videns ex discipulis agræ sui colendi studiosum, cæterum exomandis moribus desidem: Vide, inquit, ne agrum mitiore cultioreque faciens, tu incultus animo atque agrestis prorsus evadas. *Stob.*

Hic refer nonnulla ex Titulo Apophthegmatum, infra.

ANIMI FORTITUDO.

Ex Apophtheg. Christianorum L. Beyerlinck.

Animosum nunc & apertum nivei pectoris robur petrandum, cujus dum exempla persequor, se primùm offert B. Vincentius, qui Daciano gravia tormenta minitanti, ni idolis litaret: Hæc, ait, sunt quæ omnibus voris mihi capio offeri. Frustra fatigaris Daciane? non poteris tam crudelia parare tormenta, quàm ipse paratus non sum sustinere. *Aug. serm. 12. & 13. de SS. item Laurentius in ejus vita.*

QUISTE martyrum clarissime Laurentii hoc loco prætercat? qui craticule superimpositus, ac penè tostus, Tyrannum illudis, &, Versa, inquis, & manduca. O stupendam & nullis sæculis auditam fortitudinem! *In vita apud Sulpitium.*

S. DIONYSIUS, dum impiissimorum hominum insultus fortiter pro Christo sustineret, ad tortores conversus: Quid inquit, in spectando laboratis? Caput meum, pro quo tantopere fatigavi, avulsum cervicæ, tyranno vestro dono mittite. *Euseb. lib. 6. Eccl. cap. 30.*

MACEDONIUS, & Theodulus, è Tatiano, dum noctu in delubrum irruunt, & simulachra confringunt, justu Amachii, Juliani præfecti, craticibus ferreis impofiti, lento igne torrentur. Tosti aliquantulum, non secus ac B. Laurentius, tyrannum compellant: Amachi, assum desideras? Converterito nos in alia latera, ne semilassati palato tuo minus sapidi videamur; & ita urbanè jocantes, Christi martyres efficiuntur. *Suidas.*

JOAN. FISCHERUS eruditione & pietate vix ulli par, quod Henrici VIII. Primatum Ecclesiasticum nollet confiteri morte multatus, cum supplicii locum intueretur, abjecto cui senex innitebatur baculo, Eja, inquit, pedes officium facite, parum itineris jam restat. *N. Sarda. de Schism. Anglic. lib. 1.*

Prosequamur etiam infirmioris sexus fortitudinem animi & robur. Christina, pietate non minus, quàm genere nobilis, cujus tolerantiam mirabor facilis, quàm laudabo; patris, qui Tyri Italiæ oppidi præfectus, idola conflagravit. Qui eam dum blandimentis minique à vera fide removere conatur, & scopulo videret immobiliorum, unguis decerpit imperat: at illa, laceti corporis partem in os patris injiciens: Satiare miser, ajebat, caribus quæ genuisti: filiam comedere potes; ac certè impietati tuæ consentiat, facere non potes. *Vinc. Spec. lib. 2. cap. 82. Surtius tom. 2. in vita.*

S. AGATHA, dum Quintiano jubente in mammilla distorqueretur, ad illum conversa, exclamabat: Impie, crudelis, dire Tyranne, nonne pudes in me amputare, quod in matre fuxisti? at nihil proficis: habeo quas avellere non potes interioris fidei speique mammillas: quatum alimento in me reparatur sustinendi virtus. *Surt. tom. 1.*

QUIS in B. Agnetæ virginitatis & martyrii florem pro dignitate explicet? fulgebant in tenellis annis cana virtutum omnium effigies, in pueruli pectore plus quàm virilis animus delitebat. Nam cum multa in idolorum contemptum coram Symphron Præside sapienter dixisset, & ille; Patior te, diceret, deos blasphemantem, quia tuos annos infra sensum adpicio: fides, ajebat, non in ænis, sed in sensibus invenitur: & Deus magis mentes comprobatur, quàm ætates. *Surt. tom. 1. in vita.*

Ff 2 Non

A Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum lata successu, gradu festina, hæc Virgo processit. Quo non terrore egit carnifex, ut timeretur; quibus blanditiis, ut suaderet; quantum vota, ut sibi ad nuptias proveniret; At illa; Et hæc sponsi injuria est, inquit, expectare placitum. Qui me sibi prior elegit, accipiet; quid percussor moraris? Peccat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit, & ita una hostia duplex martyrium sibi, pudoris & religionis. *Ambros. de virg. lib. 1.*

S. Dorothea virgo & marty. Vide Dei dilectio, cultus &c.
De S. Theodora martyris fortitudine dixisse, detraxisse est, quis enim à memoria seculorum simile huic audivit, aut legit aliquando? Trahitur ad lupanem Virgo à milite immittenda, & ecce de martyrio contendit uterque. Judicatur miles ut reus pro virgine; at illa ad locum supplicii accurrens, inclamare cepit: Non ego te mortis vadem elegi, sed prædame pudori optavi. In me lata est ista sententia, quæ pro me lata est: moriar certe innocens, ne moriar nocens. Nichil hic medium: hodie ero aut rea tui sanguinis, aut martyris mei. *S. Ambros. in vita lib. 2. de Virgine.*

Admiratio etiam plena exempla habet civilis ordo. In quo principatū obtinet Ludovicus XII. Galliarum Rex, monitus quippe Mediolanensi bello tormentorum ictus vitare: Ecce quem, ait, Galliarum Regem, unquam pila necatum accepisti? Qui metuit, me clypei ad utatur. *Corozet.*

Paris fortitudinis Carolus V. cum enim Germania ad Ingolstadtium copias haberet, cinxissentque eum ingenti exercitu federati hostes, & ænarum tormentorum copia ferream grandinam in castra ipsa non sine gravi pernicie immitterent: momentibus sibi prospicere, immutato vultu & loco, ardens dixisse fertur: Confidite, nullus unquam Imperator tormenti ictu interit. Dignum memoria ac laude seculorum. *J. Lips. Monit. Polit. lib. 1. cap. 7. num. 10.*

Idem, cum in Hispaniam profecturo, sedatis jam fluctibus, pestem in locis maritimis magis invalescere nuntiaretur, quasi nihil ducens, Eundem, ait, nec prætermittenda tam bona tempestas: pestis Augustinum, pestis Cæsarem, pestis Carolum illum nunquam atigit. *Francisc. Robertel. in oratione sua funebri.*

C Detinebat Ludovicum Bavarum in vinculis Albertus Marchio Brandeburgensis, cumque multa ab eo peteret, & nihil impetraret, minas adiecit; ni pareat, tradendum in manus sui hostis, Cui Ludovicus: Quæ poteris ex me libero impetrare, eodem ex capto petito. Si amplius quid voles, corpus meum in tua potestate est; animum verò mihi, non tibi obnoxium invenies. *Æneas Syl. lib. 3. Comm. de gest. Alph.*

Egregium quoque fortitudinis decus Thomas Morus, ille namque ad locum supplicii, certaminis generosi palatium, deductus, recitato Psalm. 50. ac finita pace, dum veniam Carnifex de more peteret, ei osculum & annulum aureum porrexit, dicens: Tu mihi hodie id beneficii præstiturus es, quod hæcenus nemo mortalium aut præstitit, aut præstare potuit. Quidnam illud? hoc sanè, quod ad auctorem suum anhelans properaret spiritus ex hoc mundi carcere ad lucidas illas sedes:

*Ver ubi æternum, repidaque præbet
Iupiter brumas.*

Digna quoque Mulier Anonyma, quæ cum prioribus sui sexus deceret. Oho IV. Imp. maritū ejus, qui falsò fuerat accusatus, nomine tentate pudicitie Imperatricis, capite plecti iussit. Uxor mariti caput gremio gestans, Imperatorem adit, & Quæ pena injustus Judex multandus? rogat. Morre, ait Imperator. Illa subistulit: Tu ergo Imperator morere, qui matrum meum innocentem occidisti. Innocentem fuisse, ferro ignito, quod innoxie manibus meis contracto, probabo: animosè profecto & supra seculum fecimur. *Farn. Cerus in vita Othon. Beyerl. in Apoph. Christ.*

Pleræque ex Tit. de Patientia, Martyrio, Toleratione hæc referantur.

*** APOPTHEGMATA.**

Bona dicere solebat, formam & venustatem bonum esse alienum. Sentiens nimirum, animi bona revera esse nostra, cætera verò omnia fluxa, & parvo duratura tempore. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Stilpo interrogatus, Quid esset statua fortius? respondit: Homo stupidus, & animi cultum negligens. *Stob. ser. 2.*

Jamblicus dicere solebat, cum anima vivamus, ejusdem virtute quoque nos vivere dicendum esse; perinde ac cum oculis certaminus, ipsorum quoque virtute bene certaminus. *Stob. ser. 1.*

Dionysius sophista in Heliodorum, quem Adrianus Cæsar unice amabat, torfit hoc dictum: Cæsar potest honorem ac pecunias largiri, rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorum, studio verius quam iudicio, fecerat magistrum epistoliarum. *Dion. in Heliodorum.*

Plato dicere solebat, eos qui corpora exercerent, & animum negligenter, nihil aliud facere, quam imperantem relinquere, & imperatorem curare. *Stob. ser. 1.*

Idem Quæ dominantur, inquit, præ illis quæ serviunt semper sunt honoranda. Quapropter merito post dominantem deos, eosque qui illos sequuntur, animum nostrum colendum, secundoque loco habendum jubeo. Nemo autem rectè animum suum honorat, nisi qui vitis fugatis pietatem & justitiam colit. *Stob. ser. 21.*

Thalies dicebat, non esse faciendam faciem, sed animum: F honestis studiis exornandum, quod hæc fortuna veros, conciliet ac perpetuos amicos. *Diog. Laert. lib. 1. cap. 1.*

Antisthenes, admonet ea esse paranda vitæ, quæ simul cum naufragio narent. Sentiens, bonas artes ubique esse in pretio, nec posse à fortuna eripi. Idem ad scribitur Aristippo. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Quidam adolescens curat se ex ære sculpendum, & ad eam imaginem sese conformabat. Huic Antisthenes: Sises posses vocem edere, qua de te potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit, adolescens. Non igitur, inquit, crubeles, qui non de animo gloriaris? significans, magis gloriandum de bonis animi, quam de forma, quam haberet cum sitæque communem. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Aristonymus vulgò hominam Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligerent omnia curaret, seipsum negligebat; sic & illos studiis suis quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere ajebat. *Stob. ser. 4.*

Democritus dicebat, potius animam quam corporis curam esse habendam. Siquidem anima perfectissima corporis vita levat: robur autem corporis, absque ratione, nihil meliorem reddit animam. *Stob. ser. 1.*

Diogenes conspiciat adolescentem philosophie dantem operam: Euge, inquit, corpore formæ spectatores ad animi pulchritudinem avocas. Sentiens illum hoc agentem, ut animum, virtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc consecutum, ut longè meliores amicos esset habiturus. *Laert. lib. 6. cap. 2.*

Idem dicebat, homines summa cura quæ faciunt ad vivendum perquirere; sed quæ ad bene vivendum conducant, nihil pendere & negligere. *Stob.*

Pythagoras, magis animi vires, quam corporis optandas esse asserbat. Animi enim bona verè sunt possessiones, cætera omnia instabilia & incerta. Divitiæ enim, aliaque ejus generis bona, fortunæ temeritati subjacent: virtus autem stabilis perpetuaque habetur. *Stob. ser. 1.*

Socrates, nihil aliud, inquit, agens circummeo, quam suadens junioribus tenioribusque vestrum, neque corporum, neque pecuniarum, neque aliarum omnino rerum curam prius vehementiusque, quam animi, habendam esse, ut quæ optima sit: docens, non ex pecuniis virtutem, sed ex virtute pecunias, aliaque bona omnia & privatim & publicè hominibus provenire. *Platon in Apolog. Socrat. Stob. ser. 5.*

Idem, Neque, inquit, Achillis arma Terfici, neque animi bona homini stulto conveniunt. *Stob. Ser. 5.*

Idem, quum taxaret unguentis delibutus, & Charondas, sive (ut alii placet) Phædon percontaretur, quis esset ille unguentis delibutus? Ego, inquit, Aristippus, infelix, & me infelicio Perfarum Rex. At vide, inquit, ut quemadmodum hæc parte nullo cæterorum animalium esse superior, ita nec hominum ullo præstantior. Sensit, externis bonis hominem nihil fieri meliorem: cum & equus balsamo oblitus, idem oletet quod rex, & mendicus unguento simili delibutus, non minus bene olet quam summus Pontifex.

Laert. lib. 2.

* HERO-

*** HEROGLYPHICA.**
A Equus animi elati ac ferocis heroglyphicum esse potest. Sic enim Prudentius elationem animi describens ait: *Fortè per effusas inflata superbia turbas
Inferni volitabat equo.*

Pier. Valer. lib. 4. pag. 38. E.
Nec ingratum fuerit heroglyphicum, quo animi despecto & desperatio significetur, ubi quis equum cespitantem aut prioribus prolapsam pedibus appingat. *Idem lib. 4.*

Animum purum, supra terrena seces elatum, & divinam tantum rerum meditationi deditum, per Ciconiam heroglyphicè significat factæ etiam nostrorum litteræ. Falligæ enim apicis quæ rerum semper querit Ciconia. *Pier. Val. lib. 17.*

Accentrem sursum versus tendentem si quis pingat, animum qui ad divina sustollatur, intelligemus: quem si quis ad interna delabentem effinxerit, animum significabit, qui se ad ea, quæ terre beneficia sunt, examinanda explicaverit. *Pierius Val. lib. 31.*

Hominem, qui animum suum à vitis affectibusque crudelibus depurgat, quæque se ledant, eximat atque depellit significare si vellet, Scolopendram effigiant, eam nonnulli Centipedam vocant. Rationem vide apud eundem *Pier. lib. 30.*

Vas obrutatum plerumque animi significatum habere perhibetur. *Pier. Val. lib. 56.*

¶ Vide Magnanimus.
ANIMI AFFECTUS.
¶ Quere Affectus. Vitiæ etiam de corundem Dominio.

ANIMI RELAXATIO.
¶ Vide Recreation. Otium. Quies.

ANIMOSITAS IN MALIS.
ΘΑΡΣΟΣ.

¶ Solum hic animi imperium spectamus. Cujus exempla ex loco Fortitudinis & Temeritatis propulsatis innumeræ peripossunt. Item ex loco Prudentie bellicæ.

C De Antigone, fratrem cælum contra Creontis mandatum audacter sepeire volente, hic versus extat apud Sophoclem in Antigone: *In frigidis tibi mens calet negotiis.
Erasmus in Adag.*

Jolaus senex apud Eurip. in Heraclid. animosissimus introducit, proinde à seruo audit: *Vinam esse tam potens ad bene agendum quam es promptus.*

M. Scaurus, cum pro Rostris accusaretur, quod à Rege Mithridate ob Rempub. prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: Est enim, Quiritis, iniquum, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum major pars honoribus & actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Suetonensis M. Emilius Scaurum regia mercede corruptum, imperium pop. Romani prodidisse ait: M. Emilius Scaurus huic se affinem esse culpæ negat. Utri creditis? Cujus dicti admiratione pop. Rom. commotus, Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit. *Val. lib. 3. cap. 7.*

D M. Brutus & C. Cassius Cæsarem in Senatum venientem oppresturi, cum aliis conjuratis tanta constantia & securitate expectarunt, ut multi, quibus prætura ratione jus dicendi incombere munus, non solum benignam aduentibus & litigantibus audientiam fecerint, ut si tracto essent animo: verum etiam causas quique attentè auditas magno iudicio disceptarint. Cum quidam, qui iudicatum detredat folvere, Cæsarem appellaret, multumque vociferaretur ac testaretur, respiciens ad coronam Brutus: Me Cæsar, inquit, jus dicere ex legibus neque prohibet, neque prohibebit. *Plutarchus in Cæsare.*

ANIMI DEJECTIO IN MALIS VEL
revera vel opinione.

¶ Consule Tit. Pufflanimitatis in propulsando. Hic Affectus; illic Ratio affectum dirigens consideratur.
Cum Gedeon Dux Israelitarum cum 300. militibus superasset 135. millia Madianitarum, & duos illorum Reges Zebam & Salmanam comprehendisset, qui fratres Gedeonis in L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

Thabor interfecerant: juravit illis, si fratres suos conservasent, se quoque eis paritum fuisse. Jetri igitur primogenito suo præcepit, ut eos necaret. Verum cum puer præ timore gladium non auderet stringere, Gedeon ipse sua manu eos obruncavit. *Judic. cap. 8.*

Isoerates rhetor cum intelligeret, quantum sibi obesse animi timiditas, sapienterò dicere solitus est, se suos quidem discipulos docere decem minus, se ipsam ipsum docuisse, extra omnem timiditatem in concione loqui, ei sexcentum daturum.

Apud Aristoph. in Equitibus. Nicias iustus audacter eloqui quod haberet, respondit, *δὲν ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἄνδρα.* Interpres admonet *δὲν* barbaricam esse vocem, quæ fiduciam significaret, & audendum animet: quasi qui dicat, Sume Thraciam audaciam. *Erasm. in Adag.*

Themistocles in Eretrienfes ita cavillari solebat, ut diceret eos similes piscium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladium quidem habent, cor autem non habent: notans illorum ingnaviam, quod armatis non adesse animus. *Plutarch. in Græc. Apoph.*

Post cladem Leucricam Sparta animos omnino demisit. **F** Agesilai autem filius Archidamus, acceptis ex Sicilia à tyranno auxiliis, Atcadæ victoria illa appellata incurta profugavit. Nam nemine de suis desiderato, magnam stragem dedit hostium. Detexit præcipue hæc victoria civitatis Spartanae imbecillitatem. Antè enim usque adè usitatum dicebant & competens ipsis vix vincere, ut victoriæ causa gallum gallinaceum tantum immolarent, neque gloriantur milites, aut exultarent cives victoria. At hoc nunciato conflictu, ad Archidami reditum se continuit nemo: sed princeps pater manantibus gaudio lacrymis obviam ei processit, & secundum illum magistratus: senes mulieræque frequentes ad amnem descenderunt, manus ad cælum porrigentes, deosque cientes, quasi indignas maculas eluisset Sparta, clarumque denuò lumen oculis haurire: quando ante eam diem referunt, nec viros sustinuisse uxores suas conteri, offensum suarum rubore. *Plut. in Agesilao.*

Atolus quidam Archedemus T. Quintio Procol. improperavit, dum ipse stricto gladio in pugnantem, acceptis Macedonas currens se inferret, illum passis manibus ad cælum tensis stetit, & vota diis nuncupasse. *Plut. in com. G. parat. Flamini & Philopomenis.*

Cayus Imp. audita rebellionem Germaniæ, & fugam & subsidia fugæ, classes apparatus, uno solatio acquiescens transmarinas sibi superfuturas provincias, si victores Alpium juga, ut Cimbrî, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent. *Suet. in Caligula.*

Ubi Nero Galbam & Hispanias descivisse cognovit, colapsus, animoque male fracto, diu, & sine voce, & propè intermortuus jacuit: urque respuit, velle descissa, capite conerberato, actum de se pronunciat: consolantique nutricula, & aliis quoque cum principibus familia accidisse memoranti: se vero præter cæteros inaudita & cognita patri respondit, qui suum Imperium vivus amitteret. *Sueton.*

ANIMI PASSIONES.

¶ Vide Locum de Passione.

Annona.

ΒΙΟΣ ΓΡΕCΕ.

A NNONA nomine comprehenduntur omnia, quæ toto anno è terra suppeditantur ad alimentum. Nonnunquam pro solo pane usurpatur apud Juris.

*** ANNONÆ PRÆFECTI PRUDENTES.**

Joseph in Ægypto à Pharaone annonæ supremam accepit præfecturam, pro futura septennali sterilitate, quam prædixerat: quod munus ea sedulitate & prudentia executus fuit, ut vocaretur lingua Ægyptiorum Salvator mundi. Emit autem ipse totam terram Ægypti, vendentibus cunctis possessiones suas præ fame, eamque Pharaoni subiecit: Datoque populo semine, ut agros fererent, hæc lege, ut quintam partem Regi penderent, mitis ærarium regium locupletavit, omniumque animos in se unum convertit. *Gen. 41. 47.*